

aut exprobrantibus vitam eius, atque sermones, verbum non respondebat; responsum est per creaturas, quae de ipso moriente testate sunt, per insolitas, & horribiles actiones. Vbi tot erant opera diuinitatem testificantia, minime probationes verborum requirebantur. Unde de hac Domini taciturnitate recte dixit D. Ambrosius lib. 10. in Luc. Illud praestantissimum, ait, quod maluit se regem probare, quam dicere. Maluit se operibus probare, quam verbis dicere.

Ambros.

66. Daniel. 1.

Mandauit Rex Asphenes propositio Eunuchorum, ut introduceret de filiis Israel, & de semine regio, & tyrannorum pueros, in quibus nulla esset macula, &c. Daniel. 1. num. 3. Et postea subditur: fuerunt inter eos de filiis Iuda, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. Rex iusserat, ut de stirpe regali introducerentur pueri, ergo consequenter ut regis imperium videretur impletum, dicendum erat, introducti fuerunt de semine regio, cur ergo hoc omnino praetermittitur; ut notauit Theodor.

Theodor.

Probantur ex sobole regia non verbo, sed opere.

ret. apud Glossam: Licet illius, ait, intueri modestiam. Cum enim supra dixerit electos esse stirpe regia iuuenes formosos, & decoros, & hic personarum nomina posuerit, Tribus Iuda simpliciter mentionem facit, & regiam cognationem occultat. Occultat Daniel in se, suisque sociis regalem cognationem, ut se ex sobole regali factis, & operibus ostenderet, non vero verbis diceret: Maluit se regem probare, quam dicere.

Ioan. 11. n. 16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus ad discipulos: eamus & nos, ut moriamur cum eo.

Num. 17. Venit itaque Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem.

Num. 18. (Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadiis quindecim)

Num. 19. Multi autem ex Iudaeis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

VERSIONES.

Syriacus n. 16. Ait Thomas, qui dicitur Goth. gemellus, discipulis sociis suis.

Euthym. n. 27. Et moriamur cum eo. Syriacus. Cum igitur venisset Iesus, inuenit eum ante quatuor dies sepultum Venit autem Iesus in Bethania (domum afflictionis.)

Arabic. n. 18. Erat autem Bethania prope Ierusalem.

Syriacus. Iuxta tumulum Ierusalem. Euthym. n. 19. Multaque ex Iudaeis.

Syriacus. Venerant ad Martham, & Mariam, ut lenirent cor-

da earum propter ipsarum fratrem.

EXPOSITIO V.



ICIT ergo Thomas. Cum Iesus definito consilio declarasset se velle ire in Iudaeam, ad quem sequendum discipuli minus alacres se ostendebant. Thomas, qui dicitur Didymus: sic dictus, quia Hebraice Thomas idem est, quod Graece, ac Latine gemellus, seu ut vult Euthymius eodem partu, cum altero fratre natus est; siue ut obseruauit Toletus, Maldonatus, hoc nomen a maioribus accepit, ut multi apud Graecos spurij, nigri, cum nec sint spurij, vel nigri; vel quia Didymus idem est, ac Graece geminate; nam virtus huius Apostoli magno fructu geminata est. Eamus & nos. Alludit ad verba Domini praecedentia. Eamus ad eum. Et subdit: Et moriamur cum illo. Quod est comprobatio magnae fortitudinis, constantiae, ac etiam amoris in Dominum, ut ait Interlin. cum eo enim volebat mori, & sine eo nolebat viuere; insinuatque Thomas, ut ait D. Cyrillus, quod imperfecte adhuc cognoscebat Christi potentiam, & virtutem, qua liberare poterat quoscumque volebat. Declarat etiam magnum Iudaeorum odium in Christum. Nam ut ait Eusebius serm. in feria 6. post Domin. 4. Quodragel. Thomas quia tanto odio aduersus Iesum, & discipulos eius Iudaeos inflammatos esse sciebat, nihil nisi mortem, & poenam ab eis expectaret. Moriamur cum eo ait.

67.

Euthym. Tolet. Maldon.

Interlin.

Cyroll.

Euseb.

68.

Chrysof. Euthym. Hieron. Caietan.

Zeno.

69.

Venit itaque Iesus, in Bethaniam, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Id est iam mortuum, & a quatridduo sepultum. Quando nuntius de morbo Lazari a fororibus missus venit ad Iesum, eo die ipse mortuus, & sepultus est, ut obseruauit D. Chrysofomus, Euthymius, S. Thomas, Caietanus, & communiter alij. Deinde duobus sequentibus mansit Iesus in Bethabera trans Iordanem, ut iam dixi, quarta demum die inuit Dominus. Preme, quatuor dies in monumento. Alij cum ingrediuntur sepulchri tenebras, perdunt dies, Lazarus vero ibi clarissimos habet, ut computentur; proprium est enim iustorum, ut dies vmbræ perdant, & lucis, ac vitae asssequantur veros dies. Ad hoc respicit D. Zeno serm. de Lazaro suscitato: Sepultus est, & humanus, dum desinit esse, quod erat forma, vel fabula.

Erat autem Bethania. Satis notum est stadium centum, & viginti quinque habere passus, unde quindecim stadia sunt mille octingenti septuaginta quinque passus; ac proinde quindecim stadiis, id est duobus milliariis Italicis, seu in nostra Hispania, dimidia leuca. Ideo autem notauit Euangelista, quam proxima esset Bethania, Ierosolymis, ut rationem assignaret, cur multi ciues Ierosolymitani ad consolandas Mariam, & Martham venissent Bethaniam, quod statim dicturus erat, ut notarunt D. Cyrillus, D. Chrysofomus, Theophylactus, Albertus Magnus, D. Bonauentura.

Multi autem, id est cognati, affines, ac amici, & nobiles personae; nam haec sorores erant diuites, nobiles, ac honoratae. Venerant ex vrbē scilicet Ierosolymitana, de qua immediatē antea fecit mentionem, & ut ait Chrysofomus, multorum etiam testimoniis Lazari mortem confirmat, & ut etiam resurrectionis futurae Lazari multi testes

Chrysof.

testes

Cyroll. Theophyl. Rupert. Syriacus.

testes proponantur, ut animaduertentur D. Cyril. Theophylact. Rupert. ac alij, ut consolarentur eas de fratre suo, Syriacus habet, ut leniret corda earum; erat enim dolor de morte fratris acerbissimus.

QUESTIO VIII.

Quare Thomas tam generose ait ad discipulos: Eamus, & moriamur cum eo?

71. Chrysof. Euthym. Theophyl. Iansen. Lyran. Salmeiron.

VERBA haec D. Thomae timentis esse continentur D. Chrysof. homil. 61. Euthym. Theophyl. Iansen. Lyran. Salmeiron, & alij, ac sic dicit ironice: Eamus & nos, ut moriamur cum eo in Iudaeam proficiscente; nec enim ex hoc itinere aliud habebimus, quam mortem crudelissimam a Iudaeis infligendam. Theophyl. sic exponit: Eamus & nos stulti, ac insipientes, & non curantes propriam vitam, ut moriamur cum eo.

72. Chrysof. A Christi cruce, ac passione magna fortitudo.

Ex quo ait D. Chrysofom. citat: Sane admiratione dignum est, ut qui ante crucem, tam timidus erat post Magistri mortem, & resurrectionis fidem pra omnibus tanto feruore flagaret. Tanta est Christi potentia. Nam qui cum Christo in Bethaniam ire non audebat, sine eo postmodum solus terrarum orbem peragravit, & in medijs populis inelamantibus, & mortem minitantibus intrepidus versabatur. Qui antea tam timidus, ac formidolosus erat; signo tamen passionis Christi, ac vexillo crucifixi sic animatus, ac corroboratus est, ut solus totum peragraret orbem, atque ad abditissimas, ac remotissimas nationes transiret. Vide supra cap. 6. num. 26. 27. & cap. 7. n. 5.

73. Basil. Seleuc. Theophyl.

Dicam etiam in hac sententia, quamuis Thomas, ut de eo scribit D. Basil. Seleucus orat. 40. Reliquis Thomas erat infirmior. Theophyl. Thomas, ait, alijs meticulosior. Tamen haec forte animose dixit, nam saepe infirmus, ac imbecillis cum audacia calcat pericula, & generose magna, ac ardua in re virtutis aggreditur.

74. Opposita sententia probabili.

Tamen opposita mihi probabilior, quae asserit verba haec dicta fuisse a Thoma ex magna animi generositate, constantia, ac fortitudine, ac eximio amore in Christum, hoc enim verba in suo genuino sensu significant, & a Christo non leguntur increpata, sed hac exhortatione facta sine ulla contradictione discipuli se accingunt ad iter, & ideo a Ioanne conscripta sunt, quia amoris ardore erant plena. Nam idem valent verba, ac si diceret Thomas, Nostrum Magistrum sequamur, & si opus fuerit cum illo moriamur; multo enim fatius est cum Christo mori, quam sine illo viuere. Sic scribit Rupert. in persona Thomae: Eamus, ait, quo vir ille amabilis est, ut cum eo in dilectione moriamur uno communi interitu. Grandis profecto timor discipulis erat. Sed postponentes inquit Thomas, vitam nostram voluntati, & imperio Domini, ac Magistri nostri, eamus & nos, & sic fieri necesse est, moriamur cum eo. Quam etiam sententiam docent Carthusianus, Caietan. Maldon. Barradas, Lucas Burgenf. Cornelius a Lapide, & alij.

Rupertus.

Carthuf. Caietan. Maldon. Barradas. Luc. Burg. Cornel.

75. Beda. Carthuf. Caietan. Rupert.

Thomas alios discipulos generose exhortatur, ut obseruat Beda, Carthusian. & Caietan. tacite eorum timorem arguit, & increpat, nam ut ait Rupertus: Grandis profecto timor discipulis erat. Quomodo Thomas audeat adhortari, imo & quo-

dammodo tacite arguere Petrum caput totius Collegij Apostolici, Andream, Ioannem, & alios primates discipulorum. Causa probitas, ac integritas dabat vires, & animum. Puteum fodit Abraham, quem cum serui regis Abimelech sibi metipsis appropriarent adaquandis suis pecoribus. Tunc Abraham increpauit Abimelech propter puteum aquae, quem abstulerunt serui eius, Genes. 21. num. 25. Abrahamus advena, Abimelech Rex in suo regno residens; unde Abrahamus audeat eum arguere, & reprehendere? Rupertus lib. 6. in Gen. cap. 25. Pro puteo aquae, ait, vir tantum regem increpat, quia videlicet res non indigna erat, praesertim in illis terris, ubi naturaliter magna vniuersae aquae copia non erat. Cum puteus ablatum est magna iniuria, ac violentia facta Abrahamo, inde ipse habet audaciam, ut ad regem arguendo verba faciat; cum enim iustitia interuenit, & vis rationis militat, quilibet contra reges, ac principes audeat stare, & loqui.

Gen. 21.

Rupert.

76.

Ait Thomas: Eamus, & moriamur. Ex morte obiecta, qua homines deterrentur, & fugiunt, generosus animus Thomae non cadit, sed inde vires reassumit, maximeque se, ac suos condiscipulos exhortatur ad viam. Maculus animus rerum difficultate non opprimitur ad magna, ac ardua perpetranda. Seneca de Prouidentia, cap. 5. His, ait, quibus deterretime puras, incitos, libet illic stare, ubi sal trepidat: humilis, & inertis est tua sectari, per alta virtus it.

Maculus animus rerum difficultate excitatur. Seneca.

77.

Cum Dauid pateret exire in pugnam aduersus Goliath, multis praetendit Saul eum a proposito retrahere, dicens: Non vales resistere Philistaeo isti, nec pugnare aduersus eum, quia puer es, hic autem vir bellator ab adolescentia sua, 1. Reg. 17. num. 33. Quid ad haec Dauid respondet? Nunc vadam, & auferam opprobrium populi. Ut Saul a pugna avertat Dauid, imbecillitatem naturae suae opponit ei, imperitiamque armorum obiicit, fortitudinem, ac dexteritatem aduersarij exponit: His forsitan animus Dauid profertur, ac subcumbit: Minime, sed inde firmior, ac robustior factus, ait: Nunc vadam. Expende illud, Nunc: tantis difficultatibus auditis non trepidat animus, nec a proposito resilit, sed tanta rerum retinentia animatus certissime parat gressus in pugnam. Nunc vadam. D. Basil. Seleucus orat. 14. Qua ratione, ait, a proposito certamine comatus es auertere, acris o Rex, ad pugnam exacuisisti.

1. Reg. 17. Vir fortis rebus arduis non succumbit, sed exacuitur.

Basil. Sel.

QUESTIO IX.

Quare cum apud Iudaeos esset constitutum, quod si Christum quis confiteretur, e synagoga eijceretur; ad sorores Lazari veniunt Iudaei, quae ipsum confitebantur?

AN e quaestione excitat D. Chrysofom. homil. 61. in Ioan. Quomodo, ait, consolabantur Iudaei a Christo dilectas? edixerant enim, ut quicumque Christum confiteretur extra synagogam fieret, Ioan. 9. n. 22. Hoc erat decretum apud principes Iudaeorum, & tamen ipsi principes Iudaeorum veniunt ad visitandas Martham, & Mariam; nam hi, qui ad eas conuenerunt ex prima Iudaeorum nobilitate erant, ut obseruat Caietan. Cur ergo

78.

Chrysof. Ioan. 9. Ratio diffcultatis.

Caietan.



hæ sanctæ duæ sorores, cum essent magnæ Christi affectæ, eumque hospitio recipere, ac per varia loca comitari, Luc. 8. n. 2. non solum non eiiciuntur à principibus extra synagogam, sed etiam ad eas conveniunt, ut illi consolationis obsequium præstarent.

79. Pergit citatus Chrysostr. & dubium soluit: Consolabantur eas, vel propter vulneris magnitudinem, vel quia nobiliores reuerentur; vel quia non mali erant, qui ad eas venerant, multi namque crediderunt, ut dicitur infra num. 45. Quas tres rationes etiam tradunt Leontius, Theophylact. Euthym. & D. Basil. Seleuc. orat. 40. qui etiam addidit aliam rationem: Unde, ait, consolabantur Iudæi dilectas à Christo, cum inter eos convenisset, si quis eum confiteretur esse Christum, extra synagogam fieret? An ob mali communis necessitatem? Cum enim illis ante oculos esset mors, & sepultura, ex eius consideratione illum animum ebiberunt, ut odium, ac malevolentiam deponerent, benignoque affectu essent in Christi affectas. Et hæc sit prima ratio.

80. Secunda, assignata à Chrysostr. quæ valde genuina videtur, quia non mali erant, qui ad eas venerant, multi namque crediderunt. Pio animo, ac affectu erant in Christum, & inde etiam in eius affectas, nam similes cum similibus facile associantur. Tertia ratio: Propter vulneris magnitudinem. Hi, qui ad eas convenerant, non erant ex humili plebe, sed ex prima nobilitate, ut iam in limine questionis ex Caietano notavi, inde ad eas visitandas se conferunt, ut earum dolorem delirarent, urbanitatique officium persolverent, ad quod se adstrictos agnoscebant, itavt, ne tali muneris deficerent se imminenti vitæ discrimini offerre non dubitauerint.

81. Quarta ratio. Ait Chrysostr. Nobiliores reuerentur. Coniurauerant Iudæi ut Christi auditores à synagoga excluderent; modo tamen ad has Christi alumnas se conferunt, nobiliores reuerentur. Cum enim humano respectu duceretur, à sua lege immunes censebant eas, in quibus dignitas, potestas, ac honor imminebat. Lex erat à Domino lata, Leuit. 13. num. 46. ut leprosus extra civitatem habitaret. Ozias verò rex, quia præsumpsit adolere incensum Domino tanquam Sacerdos, percussus est lepra, quæ in fronte eius apparuit. Tamen Sacerdotes, ac Leuitæ dissimulant, & Oziam Ierolymis commorari sinunt, ut patet ex 2. Paralip. cap. 26. num. 21. & habitavit in domo separata plenus lepra. Cur Pontifices, ac Sacerdotes, qui pro lege pugnare debebant, tacent, ac dissimulant? D. Chrysostr. homil. 4. in Iesaiam: Exiit Rex, ait, cum lepra, nec tamen eiecerunt eum à civitate; Regiam dignitatem reueriti. Et forte ut à rigore legis regem eximerent, interpretati sunt regem à lege esse exemptum. Vide supra cap. 18. q. 19. n. 150.

1011. 11. n. 20. Martha ergo ut audiuit, quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat.

Num. 21. Dixit ergo Martha ad Iesum: Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus.

Num. 22. Sed nunc scio, quia quæ-

cumq; poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

Num. 23. Dixit illi Iesus: Resurget frater tuus.

VERSIONES.

Arabic. n. 20. Ut audiuit aduentum Iesus, exiit, ut occurreret illi.

Syriacus. Exiit ei obuiam.

Vatablus. Maria domi desidebat.

Syriac. n. 21. Domine mi, si hic fuisses, mortuus non fuisset frater meus.

Vatabl. n. 22. Poposceris à Deo, daturus sit tibi Deus.

Græcus. Concedet tibi Deus.

Syriac. n. 23. Surrecturus est frater tuus.

EXPOSITIO VI.

M ARTHA ergo ut audiuit, quia Iesus venit. Appropinquante Christo fama illius aduentus præcurrit, quod solum Martha ignorante sorore denuntiatus est, ut docent

D. Chrysostr. Theophylact. Euthym. Leont. D. Thomas, D. Bonavent. Martha ergo sola Domini aduentum cognouit, tum quia cum ipsa esset valde sollicita circa ea, quæ ad familiam spectabât, tum cum extitisset senior soror, veluti matrona, ut ait Carthusianus totam domum gubernabat, inde ad eam tanquam familiæ caput omnia deferebantur. Occurrit illi, præ amoris magnitudine, ut audiuit Christi aduentum non potuit se domo continere, sed extra contempta omni commoditate, & oblita luctus præsentis occurrit ad eum. D. Basil. Seleucus orat. 40. Occurrit Christo Iesu adhuc adolescente. Vides amorem vniuersæ. Cur Martha Christi aduentum modo non significauit sorori? Respondeo. Primò; quia fortè occursum aduentantis Christi nullam moram patiebat. Secundo. Martha sequestrata à tumultu voluit cum Domino singulariter agere; Iudæi, qui aduenerant, ut sorores consolarentur, erant cum Maria, ac proinde si Martha eam vocasset, simul Iudæi eam sequerentur, & inde fieret multus tumultus, ut obseruauerunt Leontius, Albert. Magn. & alij, imò etiam aliqualis & contentio; nam ipsa sciebat, ut ait D. Thomas, quod Iudæi conspirauerant in Christum, & ideo ipsa voluit prius secreto agere, & nata bona spe de resurrectione, dixit ei Christus, Resurget frater tuus, tunc sororem vocat, ut notat Chrysostr.

Dixit ergo Martha ad Iesum. Ut notant Diuus Chrysostr. homil. 61. & D. Basil. Seleuc. orat. 40. Martha intuita Christum, non in lamenta, gemitus, ac vlulatus prorumpit, ut solet fieri quando lugentes notos conspiciunt, sed accedens propè Magistrum ipsum deuenerata est. Et duo dicit, ut notat D. Thom. vnum respiciens præteritum: Domine si fuisses hic, frater meus non esset mortuus, alterum futurum; quæcumque poposceris à Deo. Quantum ad primum: Domine si fuisses hic. Cum modestia, ac reuerentia se habet Martha cum Christo. Nec de absentia, nec de mora quaeritur, quod cum audisset amici mortuum, curatum non venerit

QUESTIO X.

Quare Martha non postulat expressè à Christo resurrectionem fratris sui, cum de ipso fateatur: Scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus?

VI. TIS D. Bernard. ferm. de gradibus Humilitatis sub finem laudat, ac celebrat fidem Marthæ, cum enim illa credidisset, quod Christus Lazarum seruare potuisset à morte, credidit etiam, quod eum à mortuis poterat excitare, & ideo dixit: Nunc scio, quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus. Cur ergo cum ipsa esset valde familiaris Christo, hoc ab eo non petit? est quaestio præsens.

Respondet. Primò. D. Augustin. tract. 49. Non dixit, ait, sed & modo rogo te, ut resuscites fratrem meum: unde enim sciebat si fratri eius resurgere, utile fuerit: hoc tantum dixit, scio quia potes, si vis, facis: Virum enim i facias, iudicij tui est, non presumptionis meæ. Martha cum Christo dicit: Scio quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus, tacitè cum modestia, ac reuerentia inducit Christum, ut fratrem suscitaret, tamen non audeat directè petere, nec rem determinare, quòdnam esset vtilius fratri, an mors, vel resurrectio, nesciebat, & ideo totum negotium relinquit Christi iudicio: Virum enim facias, iudicij tui est, non presumptionis meæ. Iudicio enim Diuino maxime se vult conformare. Vide tom. 3. cap. 20. q. 7. n. 47. 48. & cap. 33. n. 116.

Secundò. D. Bernard. tract. de gradibus humilitatis, gradu duodecimo: O sanctæ mulieres, ait, Christi familiares, si fratrem vestrum mortuum, lugeris, cur eius misericordiam non flagitatis? Respondent: Sic melius tanquam non orantes oramus, sic efficacius tanquam desidentes confidimus. Exhibemus fidem, & perhibemus affectum, scit ipse, cui non est opus, ut aliquid dicatur, quid desideremus? Scimus quidem quod omnia potest; sed hoc tam grande miraculum, etsi eius subest potentia, multum tamen excedit vniuersa merita humilitatis nostræ. Denique quod nostris meritis deest, verecundia fortasse supplebit. Quæ verba alte, ac profundè sunt expendenda.

Et primò. Quod nostris meritis deest, verecundia fortasse supplebit: præ humilitate, modestia, ac verecundia suis meritis parum confisa Martha non audeat petere, tanta tamen animi demissione, dum non audeat orate multum exorat; Ipsa humilitas verecundia, magna est negotiatio, ut obriueat. Secundò. Scit ipse, cui non est opus, ut aliquid dicatur, quid desideremus. Bene sciebat Martha: Quod Iesus ipsam, ac sororem eius Mariam, & Lazarum diligebat, ut hic exprimit Euangelista, num. 5. Non petit ergo, apud se certum habebat sufficere quod scit ipse quid desideremus. Nam inter diligentes non requiruntur preces, abundans est leuis voluntatis insinuatio. Tertio. Melius tanquam non orantes oramus. Exhibeamus fidem, perhibeamus affectum. Non petit Martha, nam ipse affectus ad orationem fratris resurrectionem negotiabat; sic potens est oratio, ut ante Orationis initium, illius affectus multum valeat optatum obtinere, ac impetrare. Ait Regius Vates Psal. 4. num. 2.

Rupertus. Amans nec læsus lædit amicum: Caritas enim patiens est, 1. Corinth. 13. num. 4. Tacitè tamen obiicit, ut voluit D. Chrysostr. D. Cyrill. Theophylact. Carthusian. quod accepto nuntio serius venerit; Frater meus non fuisset mortuus; quia certa erat de Domini clementia, quod si vidisset fratrem morientem, ei beneficium sanitatis non denegasset: Ecce quomodo decipiuntur humana iudicia, dolet Martha de morte Lazari, cum mors eius maxime conueniens fuit, per illam mortem glorificandus fuit Filius Dei, eiusque amor in Lazarum, ac sorores manifestandus, la-chrymatur enim Dominus, & sepulchrum suscitatur; declaratur etiam imperfecta fides Marthæ, nondum enim sciebat absentem sanare potuisse, quod si crederet dixisset, Domine si voluisses, frater meus non fuisset mortuus, nondum eum credebatur Deum, sed virum insignis sanctitatis, & ideo dixit: Quæcumque poposceris à Deo, &c. ut notarunt Chrysostr. Euthym. Albert. Magn. D. Thomas, D. Bonavent.

Judicia humana decipiuntur.

Chrysostr. Euthym. Alb. Magn. 84.

Chrysostr.

Cyrril.

August. Caietan. Luc. Burg.

85.

August. Chrysostr. Beda. Rupertus.

Chrysostr.

Valde difficile sine oratione confectum.

82.

Chrysostr. Theophyl. Euthym. Leont. D. Thom. Bouaquent. Carthul.

Basil.

Leont. Alb. Magn. D. Thom.

Chrysostr.

83.

Chrysostr. Basil. Seleuc.

D. Thom.

86.

Bernard Ratio diffinitiva.

87.

August. In nostris petitionibus conformandum cum Dei voluntate.

88.

Bernard.

90.

Humilitas animi exoratur.

Inter amatores sufficit voti insinuatio.

Affectus orationis imperat ratum.